

tali prehabita ratione, quod sabbato cuiuslibet ebdomade vnam missam in honorem beate virginis seculo perdurante cum collecta *pro peccatis*, me fruente vita temporali et conperta fama mortis mee cum collecta: *quas domine protua* [v: *perpetua?*] *pietate* faciant celebrari, hoc adiecto, quod si sabbatum alicuius sancti festo fuerit occupatum, missa eadem in precedenti quarta feria, omni obstaculo procul moto, debeat celebrari. In cuius rei evidenciam firmiorem sigilla nobilium militum, videlicet karissimi fratris mei, domini Nicolai Abyornason, domini Gyslonis Ælynoson, dilecti generi mei domini Lepinwardi [v: Ledin-] Haralzson, dilecte filie mee Katherine Magnosadotter et dilectorum generorum meorum domini Rørici Bonda, domini Karoli Wlffson, militum, vna cum meo proprio presentibus cum omni instancia [et] reuerencia peto apponenda. Datum anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>nono die beati Luce apostoli et ewangeliste.

4499.

1349 Okt. 25.

Riddaren och lagmannen i Närke Karl Ulfsson fritager sin tjenare Linivard Holmgersson från all vidare redovisning utöfver den, som han redan lemnat, för förvaltningen af riddarens lagmansämbete och gods i Närke.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Karolus Vlfson miles, legifer Neriechie, in Domino salutem sempiternam. Noueritis, quod audita et habita computatione diligenti de dilecto et fideli meo Liniuardo Holmgersson de omnibus et singulis pretextu officii de legiferatu premissa a primo die, quo ipsius ordinacionem ac bonorum meorum ibidem prouisionem recepit, vsque in presentem, meo nomine per ipsum erogatis et perceptis, idem Liniuardus de singulis supradictis michi plenum computum et sufficientem reddiderat rationem, ita quod de ipso plenissime reddo me contentum. Dimitto igitur ipsum et heredes suos ab omni computo michi vel successoribus meis seu alicui alteri meo vel eorum nomine ratione officii et prouisionis predictorum vlterius faciendo liberos pariter et exemptos. Scriptum meo sub sigillo anno Domini millesimo ccc<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>nono dominica ante apostolorum Simonis et Jude.

På baksidan: qwittobreff.

Sigillet borta.

4500.

1349 Okt. 25.

Riddaren och lagmannen i Närke Karl Ulfsson gifver till sin tjenare Linivard Holmgersson jord i Täcktö i Klockrike socken.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Karolus Vlfson miles, legifer Neriechie, in Domino salutem sempiternam. Quoniam ea, que in presenti aguntur, viuaci litterarum testimonio perhennentur, ne falsa cauillacionis nota in posterum reuocentur, cum superhabundans cautela nunquam nocet in futurum quidquid